



DECIMA PROPOSITIO.

In circulis quadrilaterorum existenti
um anguli oppositi, duobus rectis sunt & \approx
quales.

Sit circulus $a b c d$, et in eo quadrilaterum $a b c d$,
dico quoslibet duos eius angulos oppositos simul
duobus rectis \approx quari, Nam ex prima huius per \approx
spicuum est unum angulum rectum à semicirculo
suscipi, quapropter duo recti anguli à toto susci
piuntur circulo, Sed quicumq; duo anguli opposi
ti in quadrilatero $a b c d$ à toto suscipiuntur cir
culo, ergo \approx quales sunt duobus rectis, ut angu
lus $b a d$ suscipitur ab arcu $b a d$ & angulus $b c$
 d suscipitur ab arcu $b c d$, arcus autem $b a d$ & b
 $c d$ totum circulum integrant, ergo patet propo
situm. Quòd si angulos $a d c$ & $a b c$ consyderes,
idem experieris. Ex hac propositione liquidum
est, quoslibet angulos consistentes super arcum in
portione minore semicirculo esse \approx quales. Nam
singuli eorum cum angulo consistente in reliqua
portione faciunt quadrilaterum, et propter hanc
propositionem singuli eorum cum angulo reli
quæ portionis \approx quales sunt duobus rectis, per
primam ergo petitionem, singuli cum angulo por
tionis reliquæ sunt \approx quales singulis cum eodem
angulo, ablato ergo undiq; communi angulo, cõ
sistente scilicet in reliqua portione, relinquen
tur

